



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[anct]o Alcippiade martyre. Cap[itulum]. xiiij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

carum: tunc nuper exortam. L. uis auctores fuisse taciāū sermo asserit. Idic autē sanctus cōfessor apud alexandriā in pace quieuit. De hoc habetur ecclesiastice historie: libro quarto. cap. rxi. r. rxiij.

De sancto Magato & socijs martyribus. Cap. rxiij.



Magat

martyr cū socijs suis & quodā christiano noie vectio lapidatum in ciuitate gallie passi sunt sub persecutione antonini imperatoris. Cum enī ex acclamationibus vulgi p̄ses in xpianos nimia crudelitate deseuiret. Magatus martyr cuius vita ab adoleſcētia fuerat exanimata & probata ex perfecta charitate quā deū custodiebat & prōximū: cū tā crudelia supplicia seruis dei vidisset inferri: poscit se pro ciuibus suis audiri: quibus nihil impietatis cōmissum probari poterat. Erat enī nobilissimus iter suos & eruditissimus. Verū eius defensionē iudex nō recipēs: inquisiuit tācū si cēt xpianus: qui cū se xpianū clara & libera voce professus esset. Iussit illū tanq̄ xpianorū aduocatū victorū numero sociari. Dū autē defensionē libertatis: que in nostra religione consistit: erequitur domini cum secutus exemplū animam suam pro uicibus suis posuit: & amicitia: & cum uectio quorūdam ciuitatis eiusdem nobile glorioſo martyro coronatur. Quibus optimis & fidelissimis ducibus vsus oīs reliquos sanctorū eiusdem uerbis chorū prompti & alacres aīas suas pro fidei libertate posuerunt. Hec ex lib. quinto capitulo primo.

De scō Aleippiade martyre. Cap. rxiij.



Aleippiades

martyr apud lugdunū galliarum oppidum passus est sub persecutione iam dicta: de q̄ habetur ecclesiastice historie lib. v. c. iij. q̄ dum esset in numero eorum qui pro christi uincere tenebant: vitam satis arduam gerebat: nihil cibi uolēs accipere: sed tñ. sale & pane cum aqua utebatur. Unq̄ talem uite rigorem uellet etiam in carcere positus obtinere. Attalo martyri in carcere etiam posito diuinitus reuelatur: quia non recte faceret aleippiades creaturis dei non uti: & alijs formam scandali de relinquere. Quibus ille cognitis cepit oīa cū gratiarū actione percipere. Et hic demum pro cōfessione nominis christi in uinculis positus uitam martyrio consumauit.

De scō Apollonio cōfessore. Cap. rxiij.



Apollonio

nus confessor & ecclesiasticus scriptor: tempore comodi imperatoris claruit apud alexandriā. De quo fertur ecclesiastice historie lib. v. cap. rxiij. q̄ aduersus cataphrygas libelli edidit: in quo satis uigilanter prophetias ipsorum falsas esse cōuicit: & singula in eius uerba coarguit: simul & uitā moresq̄ eorum: qui auctores huius hereseos extiterūt. Ex quibus omnibus & alijs q̄ plurimis uehementer supradicta heresis cōfutatur. Et hic uite sanctitate non infimilis in pace apud eadem urbem quieuit.


De sancto Polycrate epō. Cap. rxiij.



Polycrate

ep̄s apud ephesū claruit tempore comodi imperatoris antedicti. Qui nobilis ep̄s ipsius ciuitatis uita & doctrina cōspicius una cum bacchilo corinthiorū ep̄sopo: de quo infra dicitur ab eusebio in. v. libro. cap. rxiij. plurimum commendatur. Hic ex persona oīum ep̄scoporum asie de pascha celebrando beati iohānis & veterum fretus auctoritatibus ad uictorem romanum pontificē synodicas scripsit ep̄istolam. Et hic inter sanctos illius tēporis ep̄sopos preclarus ephesiorum sedi feliciter preuit: gregem quoq̄ domini uerbis & exemplis impingauit. Sepultus apud eandem ciuitatem.

De scō Heraclito cōfessore. Cap. rxiij.



Heraclitus

confessor & ecclesiasticus scriptor: claruit tempore seueri imperatoris: de quo eusebius. v. libro. cap. rxiij. dicit q̄ iter alia cōsapiētē opuscula in ap̄to paulo cōmētarios edidit. Et in sanctitate uite in pace quieuit.

De scō Marimo cōfessore. Cap. rxiij.



Marimus

confessor & ecclesiasticus scriptor: claruit tempore prefati seueri principis: qui uirtutibus & sapiētia nō minimus de famosissima illa oīum hereticorum differuit q̄one: qua semper inquitur unde sunt mala uel unde malicia. Et q̄ materia facta sit & non infecta. Et hic sanctus in christo cum pace dormiuit: de quo & eusebius